

hanc festiuitatem celebrare, Pater noster  
 Prouincialis vobis omnibus suam auctori-  
 tatem impartitur. Quae verba satis indicant  
 eam auctoritatem concedi in ordine ad pu-  
 rificandas conscientias Fratrum, vt cum ma-  
 iori puritate Diuina praedictis diebus pos-  
 sint ministrare, & Praelatos minime dictam  
 auctoritatem velle concedere, qui purifican-  
 dis suis conscientijs minime incumbunt; ac-  
 cedendo ad Sacramentum penitentiae sine debita  
 dispositione, aut celando aliquod peccatum mor-  
 tale, diuinae gratiae obicem ponendo. Hae ille.  
 7. ¶ Secundo aduertendum est circa praedictum  
 Breue Pij. 5. qd facultas in eo concessa Prouin-  
 cialibus Conuentualibus absoluendi a casi-  
 bus occultis iuxta ea quae Episcopis conce-  
 dit Conc. Trid. Sess. 24. cap. 6. de Reformatio-  
 ne, est generalis & vniuersalis pro omnibus  
 mundi partibus, vt patet in Bulla, quia dicit, ta-  
 in dicta Prouincia, quam extra eam, vbi libet.  
 8. ¶ Tertio notandum est qd Guardiani & Priores  
 Conuentuales aliorum Ordinum Medicam eadem  
 habent facultatem, iuxta ea quae ex Doct. Magra  
 Veracrucis supra diximus fo. 115. & 116. & di-  
 cemur etiam infra. ver. Cūmunic. Preuileg. S.  
 9. ¶ Gregorius. 13. Romae apud Sanctum Pe-  
 trum